Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 115

Quelle:
Copyright:

Ruodpreht. Adalpero. Item Adalpero et multi alii. Neque harum *Traditionum*, quae prioribus antiquiores videntur, mentio fit in *Collect. cit.*

Fol. IX. p. 2. *Primo* enumeratur Supellex quaedam Ecclesiastica, additis subin adpellationibus *theotiscis*, quas adscribo: Calix *chelib.* Turibulum *roubchar.* Candelabrum *charcistal.* Arcea (Acerra) *uuirob* (weihrauch) *faz.* Casula *missabachul*, fortassis ab *Haccus* Stragulum, vide *Carpent. Gloss. Nov.* Sandalia *rumisca* (römische) *scuba.* Napula *bant fano.* Pallia *fellola.* Stragulum *feblachan.* (*Feh* bunt) Tapetium *teppit.* Luminaria *liotfaz. Secundo* recensentur Reliquiae, quae *in altare Sanctę Marię* continentur, in quarum numero sunt *Emmerami, Gengolfi, Cholomanni, Willibaldi, Wolfgangi, Corbiniani, Uodalrici* et XI. *milium. V. Tertio* legitur haec nota temporis recentiore manu: *Anno ab incarnatione domini Millesimo. CC°. LX. VII°. Consecrata est capella in capitulo. A uenerabili leone* (successore Alberti M. mortuo 1277.) *ratisponensis ecclesie episcopo. In honore domini nostri ihesu christi. et sancte dei genitricis marie. Sancteque Katerine. uirg. et martiris. Continentur autem ibidem Reliquie. Particula corporis domini. quoque Sanctorum Bartholomei apostoli. Alexii confessoris. Waltpurge et marie virg.* Quid *Particula corporis domini?*

Fol. XIV. p. 1. Enumeratur *ecclesiasticus thesaurus* tripartitus. *Primo* Libri partim Biblici, partim Liturgici. Praeterea *Regula*, quam *Benedicti, Dialogi*, quos *Gregorii* putem, et *Smaragdus*, illene, qui *Ardo* praenominatus vitam *Benedicti Arianae et Judae in Belgica* Abbatis, an ille, qui Abbas *S. Michaelis ad Mosam* varia Ascetica dedit, ignoro Volumina universim LV. *Secundo* Vasa sacra numero XX. *argento*, ut dicitur, *parata.* Quaedam et *deaurata. Tertio* Vestiarium sacrum, in quo praeter alia notiora comparent *Fanones* II. et *Panchalia* III. Priores vel hodie dicta *Corporalia* vel *Manipulos* designare arbitror, *Panchalia* vero Mappas ad Scamna tegenda, rectius fortasse *Bancalia* scribenda.

Fol. demum *ult.* p. 1. legitur unica, eaque antiquissima *Traditio*, quae in *Monum. Boic. T. cit. p.* 309. occurrit, quamque describere non piget, ut cum *Edita* conferri queat. *In nomine domini. Tradidit quidam homo. N. Otram parscalc* (ex *Bar* et *Scalck* liber — servus seu Libertus) *regis. sua propria mancipia nuncupata luithalm. Grimolf. Eckibart. Reginpurc. et N. Eginna. Ad sanctum dei martirem georgium. In manum Isangrimi episcopi. et aduocati sui folcrati. Ea racione. Vt per singulos annos. persoluant. Ad supradictum M.* (onasterium, vel Martyrem) *uiri V. denarios. et mulieres. III. et isti sunt testes per aures tracti. gipibo. Adalpold. Altman. Huc. bauuart. Kerolt.* Ita summa fide ad supplendum *Codicem Traditt. Weltenburgensium. Isangrimus* sedem